



Per.
Lat
020


Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. □ □ Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Teleph. 49—21. □ □

Pons Francisci Iosephi

omnium pontium, qui ambas ripas fluminis Danubii, per mediam urbem Budapestinum fluentis, coniungunt, sine dubitatione altissimus est. Summo ponti aquila¹ imposita est, quam in effigie videmus. In hanc aquilam Dionysius Kövesdi, discipulus sedecim annorum nescio quo² pacto² evasit.

Milia hominum spectabant puerum in altitudine quinquaginta metrorum super aqua pendentem,³ sed nemo eum adire potuit. Iam vigiles⁴ adhibebantur,⁵ qui iuvenem temerarium,⁶ veste⁷ balneari⁷ indutum deducerent, cum ille impetu⁸ repentino⁸ in flumen desiluit. Qui aderant, territi clamabant, sed aquae obruebant audacem, qui posthac non videbatur. At mater desperata frustra filium quaesivit, amnis⁹ non reddidit praedam, quam devorarat¹⁰...


Ut postea apparebat, puer infelix operam praestare¹¹ voluit iis, qui quaestum¹²



e spectaculis cinematographicis faciunt. Hi, postquam eum ab incepto¹³ audaci deterrere nequaquam potuerunt, cum orbiculo¹⁴ photographico¹⁴ aderant, ut saltus¹⁵ mortiferi imaginem lucis¹⁶ operā¹⁶ exprimerent.¹⁶ Ambitio.¹⁷ perversa¹⁷ et amor¹⁸ sceleratus habendi¹⁸ vitā¹⁹ discipuli miserrimi stetit,¹⁹ qui nimium superbiebat habilitate,²⁰ quam in natando assecutus erat.

Tristitiā commovemur, cum huic anno scholae initium laetius facere nequeamus, sed nostrum²¹ esse²¹ putavimus lectores nostros ad tam horrida exempla vocare, ne superbiā nimium elati²² talia auderent, quorum exitus dubii, neve pecuniae quaestum meditentur,²³ qui turpis haberi posset.

1 sas 2 mi módon 3 lebeg 4 tűzoltó 5 elhi 6 vakmerő 7 fürdőruha 8 hirtelen lendítéssel 9 folyó 10 elnyel 11 szolgálatot tesz 12 kereset 13 vállalkozás 14 fotografáló lencse(gép) 15 ugrás 16 «levesz» 17 ok-talan hiúság 18 pénzvágy 19 életébe kerül 20 ügyesség 21 kötelességünknek 22 elbizakodva 23 tervez.



LECTORIBUS MINIMIS.

Peragratores¹ parvi.

Guilelmus
Colomannus
Carolus
Elemerus

amici in itinere aestivo.²

Guilelmus. Videtis illam arcem, quae in alta rupe³ stat?

Colomannus. Eo⁴ nobis eundum est. Surgite, eamus!

Carolus (chartam⁵ geographicam⁵ intuens⁶). Primum contemplare,⁷ tum proficiscere!

Colomannus (contemptim⁸). Quid tu cum tua charta stupida⁹ vis? Quasi cum feles¹⁰ oculos in atramentum¹¹ inserit!¹²

Elemerus. Providentia¹³ est mater sapientiae, charta autem geographica optima amica viatorum.

Carolus. Nihil tam leve¹⁴ est, quod negligi debeat. Elemerus noster recte monet.

Colomannus (acriter¹⁵). Ineptis¹⁶ Dimidium facti, qui bene coepit, habet. Nonne, amice Guilelme?

Guilelmus. Minime mirum¹⁷ id quidem, quia fortes fortuna adiuvat, ut est in vetere proverbio.¹⁸

Carolus (ridens). Loquimini, ut parvuli, qui vix cogitant.

Elemerus. Sine¹⁹ eos, Carole. Iam videbunt effectum²⁰ inconsiderantiae,²¹ nos autem ridebimus et hilares erimus.

Guilelmus et Colomannus. Vultis venire an non? Fugit irreparabile²² tempus.


Elemerus (caute). Festina lente!²³ Haec est sententia²⁴ nostra. Nos lente vos subsequemur et charta nobis optime viam monstrabit. Quaeremus eam et inueniemus. Nec Roma uno die aedificata est, ut aiunt.

Carolus (chartam intuens). Nec viam, nec callem²⁵ inuenio, qui ad arcem ducat.

Colomannus. Nugae!²⁶ Via directa est optima. Nos quoque ad propositum²⁷ ducet. Pessimis²⁸ ut²⁸ agatur,²⁸ impedimenta,²⁹ si quae erunt, removebimus.³⁰

Elemerus (cantans). Et si progredi³¹ volueris et non poteris...

1 turista 2 nyári 3 szikla 4 oda 5 térkép 6 nézeget
7 megfontol 8 megvetőleg 9 ostoba 10 macska 11 tinta
12 «mélyeszt» 13 óvatosság 14 értéktelen 15 hevesen
16 ineptio 4. bolondoz, «bolondság» 17 csodálatos 18 közmondás
19 hagy 20 eredmény 21 meggondolatlanság
22 pótolhatatlan 23 lassan 24 jelszó 25 ösvény 26 tréfa,
«szóbeszéd» 27 cél 28 legrosszabb esetben 29 akadály
30 eltávolít 31 előrehalad



Vulpes, esox¹ et sutor.

Ad narrationem M. Jókai.



Vulpes famelica² ad rivum cancri³ captatum ivit. Caudam⁴ igitur in aquam mersit, ut cancrum extraheret.

Sed nunc cancri loco esox arripuit vulpis caudam, quam cum bestia callida⁵ extrahere non posset, repente se convertit et os esocis ore comprehendere

voluit. At piscis iratus subito⁶ impetu⁶ emicans⁷ ore suo ori vulpis se⁸ annexuit,⁸ neque alterum animal alterum dimittere voluit.

Sutor, qui animalia se inter se morden-⁹tia⁹ conspexit, cepit ea et ad regem Mathiam, hilaritatis¹⁰ amantem portare decrevit.

Etiam rex iustitissimus habet servos malos, quales erant ianitores¹¹ duo. Qui enim sutor-¹²rem nisi ea condicione¹² admiserunt ad regem, ut partem praemii accipiendi iis polliceretur.

Denique sutor ad regem admissus donum mirificum his verbis ostendit:

1 csuka 2 éhes 3 rák 4 fark 5 ravasz 6 hirtelen
támadással 7 felszökken 8 belékap 9 harap 10 vidám-
ság 11 kapus 12 feltétellel

Guilelmus (constanter³²). *Nimia cunctatio*³³ est inimica facti. Veni Colomanne, sine¹⁹ eos carum tempus inutilibus meditationibus³³ terere.³⁴ Si rectā viā procedimus,³¹ non aberrabimus.

Colomannus. Eadem mihi mens³⁵ est. Ergo eamus! (Cum *Guilelmo* abiens petasum³⁶ movet.³⁶) Valet amici, usque³⁷ ad³⁷ reditum!³⁷

Elemerus. Pueri inconsiderati,²¹ num non poterant paulisper³⁸ exspectare?

Carolus. Sine¹⁹ abeant. Similis simili gaudet. Quieto et placido³⁹ gradu procedemus³¹ et fieri potest, ut prius ad arcem perveniamus, quam illi. I. D. G.

(Reliqua⁴⁰ persequemur.⁴⁰)

³² elszántan ³³ fontolgatás ³⁴ «veszteget» ³⁵ nézet
³⁶ kalapot lenget ³⁷ viziontlátásra ³⁸ kissé ³⁹ kényelmesen ⁴⁰ folytatása következik.

«Iuventuti» diem natalem quartum agenti salutem plurimam!

Quae decus Ausoniae¹ linguae servare laboras

Docta docens iuvenes verba Latina loqui;

Quartum quae numeras natalem,² cara Iuventus,

Salve! sit felix lux³ hodierna tibi!

Strenua⁴ tres annos florebas, fortis et exstas⁵

Discipulos scite discipulasque colens;

Vel «minimis» praebes tua munera⁶ cuilibet aevo⁷

Suppedilans⁸ large⁹ seria¹⁰ mixta iocis.

Quid mirum, si te laudant et amant studiosi,

Omnibus in terris quos tua cura iuvat!

— *Vulpes cepit esocem, esox cepit vulpem, sutor cepit utrasque.*

Rex ridens donum inusitatum,¹³ quod benigne accepit, sutores praemio¹⁴ affici¹⁴ iussit. Sutor centum plagas¹⁵ sibi rogavit.

Rex, qui miro¹⁶ desiderio¹⁶ audito non dubitavit, quin aliquid doli¹⁷ subsit, centum plagas sutori repraesentari¹⁸ iussit.

Hic humillime gratias egit pro praemio accipiendo, tum rege iubente abductus est, ut centum plagas acciperet.

Ante primam ianuam convenit ianiforem primum, qui dimidium pactum¹⁹ praemii poscit.

— Veni mecum ad quaestorem²⁰ regium, ubi praemii dimidium accipies.

Ante secundam portam ianitor alter stetit partem alteram sibi poscens.

*Me quoque delectas reficisque¹¹ malasque senectae
Pellere scis horas ac renovare bonas.*

Accipe pro meritis grates¹² audique benigne,

Quae nobis sit fas dicere more pio:

Exactos¹³ annos¹³ tibi gratulor inque futuros

Ominor¹⁴ et quaevis fausta, beata precor!

Laeta novum cursum nunc incipe, lauta¹⁵ magistra,

Et recrea¹¹ studiis saecula multa tuis!

Idibus Septembribus MCMXII.

Guil. Lehmann, Vratisl.

¹ Itália ² születésnap ³ nap ⁴ derekasan ⁵ megvan ⁶ ajándék ⁷ kor ⁸ nyujt ⁹ gazdagon ¹⁰ komolyság ¹¹ felüdit ¹² köszönt ¹³ az eltelt évekhez ¹⁴ óhajt ¹⁵ dicső.

Guilelmus Booth,

generis humani amantissimus octoginta tres annos natus mortem obiit. Nomen est nobilissimum, cui paria¹ inveniuntur paucissima, maius nullum. Doloribus miseriisque hominum permotus ante multos annos constituit pro² parte² virili² egestati³ humanae obviam⁴ ire.⁴ Ad quam rem perficiendam condidit illum, quem appellavit Exercitum Salutis, qui per totum orbem diffusus⁵ homines miseriis levare⁶ studet. Quid labor indefessus⁷ unius viri procreare possit, facile intelligemus considerantes⁸ septuaginta milia

¹ hasonló ² erejéhez mérten ³ inség ⁴ szembezáll ⁵ szétszórva ⁶ megment ⁷ fáradhatatlan ⁸ meggondol

— Veni mecum ad quaestorem regium, respondit sutor etiam huic.

Lictores regis tum demum calliditate²¹ sutoris perspectā duobus ianitoribus, utrique quinquagenas plagas, dimidium pactum praemii repraesentaverunt.

Mathias risit astutiam²¹ sutoris, quem liberaliter donavit, ianitores autem infideles statim exauctoravit,²² ut posthac pauperi cuique aditus²³ sui²³ gratuitus²⁴ pateret.²⁵



G. Mitosinka.

¹³ szokatlan ¹⁴ megjutalmaz ¹⁵ vessző ¹⁶ különös kívánság ¹⁷ csel ¹⁸ kiszolgáltat ¹⁹ paciscor kiköt ²⁰ pénztáros ²¹ ravassság ²² elbocsát ²³ hozzájutás ²⁴ ingyen ²⁵ nyitva áll.

praefectorum,⁹ novem milia collegiorum¹⁰ et viginti quinque milia symphonicorum¹¹ in operis¹² Exercitus Salutis esse, cuius instituta¹³ nil aliud nisi salutem pauperum spectant. Exercitus alit et sustentat eaque¹⁴



opibus conquistis,¹⁵ centena horrea¹⁶ alimentaria¹⁶ et asyla nocturna viro- rum, feminarum, liberorum, centum officinas,¹⁷ ut afflictis, decoctis,¹⁸ desertis, ex custodia¹⁹ demissis laborandi occasio praebeatur; sunt praetera

asyla maleficorum,²⁰ scholae liberorum, mensae²¹ publicae²¹ pecuniis²¹ collocandis,²¹ magistratus²² de²² iure²² respondendi,²² coloniae rusticae, deversoria²³ feminarum, in quibus ducenta et sexaginta milia puellarum patriam carentium singulis annis recipiuntur, quadraginta scholae assectatoribus²⁴ erudiendis, quas conditor immortalis universitates amoris hominum appellabat. Exercitus in duodesexaginta coloniis et terris diffusus⁵ triginta quattuor sermonibus loquitur; mille et viginti quinque instituta benefica sustentat, singulis annis plus-minus²⁵ centies vices centena milia hominum alit.

Booth, summus rector tantarum rerum, qui primum deridebatur, deinde infestabatur,²⁶ maximum laborem, humano generi utilem confecit.

Effigiem viri magni cum filio et nepote in pictura videmus.

⁹ tiszt ¹⁰ testület ¹¹ zenész ¹² szolgálat ¹³ intézmény ¹⁴ még pedig ¹⁵ összegyűjt ¹⁶ élelmiszer-raktár ¹⁷ gyár ¹⁸ vagyonbukott ¹⁹ fogságból ²⁰ gonosztevő ²¹ takarékpénztár ²² jogvédelemi hivatal ²³ fogadó ²⁴ követő ²⁵ egyre-másra ²⁶ üldöz.

Palinodia¹ in Napoleonem.


Vaticinor² tibi: iam navalis laurea³ cinget, Tempora,⁴ nec magnas spes mare destituet.⁵ Deiciet tua gens cunctas, nec Gallia victrix

Denique frangetur litus ad Albionum.⁶

Sors bona non mala sors concludet⁷ proelia, quare Saecula te dicent: «Pars⁸ bona,⁸ non mala pars».

N. Szarvas S. I.


¹ Költemény, mellyel a költő egy régebbi költeményét mintegy visszavonja ² jósl ³ babér ⁴ halánték, homlok ⁵ megcsal ⁶ angolok ⁷ befejez ⁸ célzás Napoleon nevére (Bonaparte).



Lucerna¹ edulis.²

Notissimus est iocus, cum praestigiator³ candulam¹ promptam⁴ accendens comedit eamque suavissimo⁵ esse sapore⁵ affirmat. Qam rem omnes mirantur spectatores, qui candulam pomo⁶ exsectam,⁷ filum⁸ autem amygdalum⁹ igni¹⁰ concipiendo¹⁰ aptum¹⁰ esse ignorant.

Tu quoque poteris hunc iocum imitari, immo etiam ebibere oleum lucernae. Adhibe¹¹ particulam¹² amygdali, quam in maiorem amygdali partem inseris,¹³ ut super¹⁴ naet



et in oleo ardeat. Sed tantum spectatores credunt oleum esse, quia pro oleo vinum infundimus in poculum. Vinum autem album esto. Eo momento, cum lucernam ardentem hausturus¹⁵ es, poculum paulisper fac¹⁶ quatias,¹⁶ ut amygdalum ardens in vinum cadat, tunc statim extinctum¹⁷ hauries.

Nonnullis tentaminibus¹⁸ edoceberis poculum, digitis¹⁹ recte prehensum quo momento ebibendum sit.

¹ lámpás ² ehető ³ bűvész ⁴ promo elővesz ⁵ kellemes ízű ⁶ alma ⁷ kivág ⁸ kanóc ⁹ mandula ¹⁰ éghető ¹¹ alkalmaz ¹² részecske ¹³ bedug ¹⁴ felül ¹⁵ ürít ¹⁶ zökkentsd meg ¹⁷ kialszik ¹⁸ próba ¹⁹ ujj.



In castris Örkényiensibus, ubi statio aëronautica exercitus nostri est, magna calamitate tres milites oppressi sunt. Tormentarii¹ enim belli² usu² telis² mittendis² exercebantur,² qua in re magni³ momenti³ habetur exploratio⁴ cum observatione. Ad eam faciendam milites aërobaticum⁵ aëri⁶ daturi⁶ erant. Praefectus iam in corbe⁷ locum occupavit et iam prope erat, ut etiam milites inscenderent. Caterva militum funes⁸ tenebant, sed vires eorum impetuoso vento pares⁹ non erant.⁹ Ictu repentino in aërem sublatis sunt milites, qui tribus exceptis funes emisserunt. Tres autem milites periculum non sentiebant, itaque aërobaticum saburrā¹⁰ liberatum sublime¹¹ ferebatur¹¹ miserisque secum rapuit. Qui quidem summis viribus funes amplexi¹² sunt, tandem bracchiis defatigatis ex altitudine ducentorum metrorum deciderunt. Duorum corpora perfracta inventa sunt, tertius desideratur.¹³

Hubertus Latham intrepidissimus aëronauta vivere desiit.¹⁴ Domitor¹⁵ ille aëris audacissimus, cuius fortitudine nova miracula artis volandi exsistere videbantur, sub unguulis¹⁶ bubali¹⁷ feri in desertis¹⁸ Africae exspiravit. Casus lacrimabilis, qui non solum Galliam, sed etiam omnes populos, qui progressu¹⁹ generis humani gaudent, maximo luctu affecit, sub finem mensis Iunii accidit. Vir enim fortissimus in venando bubalum ingentis magnitudinis conspexit, in cuius pectus plumbum²⁰ sclopeti²⁰ direxit. At belua²¹ deformis ictu²⁰ neglecto in venatorem impetum fecit, qui in genu procumbens plumbum in eam intendit.²² Sed bestia plumbo deficiente²³ infelicem ter cornibus petivit et humi²⁴ prostravit.²⁴ Hubertus Latham sine ulla voce exspiravit. Indigena,²⁵ qui casus tristissimi testis fuit, qui tredecim annis ante Gallos fortissimos cadere viderat, non



sine admiratione narravit exitum maximi aëronautae, cuius exsequias²⁶ omnes Europaei prosecuti sunt.

Ex ultimis his diebus non est in Europa altitudo, quae aëroplano non superata sit. Garros Gallus aëroplano Blériotiano altius evectus²⁷ est altissimo monte Europaeo. Metrorum quattuor milia nongenta et quinquaginta est altitudo, quam in Europa nemo mortalis adhuc assecutus, nedum²⁸ superaverit.

¹ tüzér ² harszerű lövőgyakorlatot tart ³ nagyon fontos ⁴ földértés ⁵ léggömb ⁶ fölbocsát ⁷ kosár ⁸ kötél ⁹ bír vele ¹⁰ ballaszt ¹¹ magasra száll ¹² megfog ¹³ hiányzik ¹⁴ megszűnik ¹⁵ fékező ¹⁶ pata ¹⁷ bivaly ¹⁸ sivatag ¹⁹ haladás ²⁰ lövés ²¹ vadállat ²² irányít ²³ csütörtököt mond ²⁴ földre terít ²⁵ benszülött ²⁶ temetés ²⁷ fölemelkedik ²⁸ arról nem is szólva, hogy.



Novus pilae¹ lusus¹ luditur in America, qui novissime etiam in Britannia et Germania recipiebatur. Nomen est ei lingua Britannica *Baseball*, qui ignotis parum iucundi praebet, quia lusores personati,² digitalibus³ deformibus, loriceis,⁴ ocreis⁵ calceisque⁶ gravibus minime pulchri dici possunt. Spectantibus haud quidquam actionis⁷ offer-



tur: pilae iactantur, repulsantur, curritur a porta ad portam; praeterea quaeque pars ludentium linguam suam sibi notam habet, ut adversarios sua ipsius consilia celaret.⁸ Tamen artificii⁹ ludi in America milleni homines tenentur.¹⁰

¹ labdajáték ² álarcos ³ keztyű ⁴ mellvért ⁵ lábvért ⁶ cipő ⁷ cselekvés ⁸ titkol ⁹ fogás ¹⁰ érdek.

GEOGRAPHICA

Multi homines post annum laborem amant loca umbrosa,¹ gelida Helvetiae requirere, ut patriae aestatem fervidam² evitent.




Plurimi non solum ad aestum³ evitandum proficiscuntur eo, sed potius ut pulchritudines naturae Alpium

admirentur. In quorum numero etiam Germanorum imperator, Guilelmus II. habendus est, qui his ipsis diebus Helvetiam invisit.⁴ Velut e pulpito⁵ ingenti vides cacumina⁶ altissima Alpium sempiterna nive obducta. Trium quattuorve chiliometrorum distantia abes a nivibus⁷ gelū⁷ astrictis.⁷ Virginem,⁸ culmen superbissimum Alpium, supra quattuor chiliometra elatum vides. Oculi inexercitati⁹ distantiam minorem existimant, quia nulla res, nec domus nec arbor similiave intercedunt, ad quae mensuram¹⁰ facere possis.

Amoenitates¹¹ naturae his locis maxime apparent sole oriente vel occidente, cum summae Alpes fulgore¹² solis perfunduntur. Ad meridiem sonant ingentes fragores, nivium de monte devolutarum¹³ comites.

Alpes Wengernianae nominantur, quae in picturae parte¹⁴ antica¹⁴ positae sunt.

¹ árnyas ² forró ³ hőség ⁴ meglátogat ⁵ állvány
⁶ csúcs ⁷ gleccser ⁸ Jungfrau ⁹ gyakorlatlan ¹⁰ mérték
¹¹ szépség ¹² fény ¹³ lezuhan ¹⁴ előrész.



Itali Mediolano ad Venetias proxime fossam¹ navigabilem depressuri² sunt. Quae Adriae commissa³ magni momenti⁴ ad com-

mercium Hungariae et ceteros populos mari accolas futura est.

In Argentinae urbe Tandil notissimus erat lapis quinque metra longus, quattuor metra altus, qui in altitudine centum quinquaginta metrorum suo⁵ pondere⁵ librabatur,⁶ quamquam uno tantum puncto nisus.⁷ Per ventum, aut manu motus ingens lapis sexagies huc illuc librabatur parte⁸ sexagesimā⁸ horae. Novissime fulmine tactus pari⁵ pondere⁵ amisso loco motus in profundum cecidit. Argentinae rei publicae curatores, dolore miraculi⁹ naturae⁹ amissi nunc de ratione lapidis reportandi deliberant.


Puerum videmus, vix annum decimum quartum egressum et iam laudis¹⁰ insignibus¹⁰ decoratum. Filius est Iosephi Artneri, consulis¹¹ oppidi Bogen in Bavaria siti.



Adulescentulus non erat in pugna, non confligit cum hostibus, non necavit homines in bello, immo nunc, tempore pacis homines duos servavit. Homines ambo iamiam in undis perituri erant, cum puer fortis in fluvium se praecipitavit, et cum periculo vitae suae hominibus paene mersis¹² salutem attulit. Factum mehercule dignum, cui non solum a principe honor habeatur, verum etiam ab omnibus, fortia facta amantibus, summa laus tribuatur.

Constantinopoli iterum incendium saeviit horrendum. Aquae inopia¹³ flammis diffundendis¹⁴ idonea erat; praeterea vigiles¹⁵ multitudine stupente¹⁶ prohibebantur, quominus incolis periclitantibus opem ferrent. Etiam milites educebantur, qui plebem repressam¹⁷ ad incendium compescendum¹⁸

¹ csatorna ² «épít» ³ összeköt ⁴ fontosság ⁵ egyensúly ⁶ inog ⁷ támaszkodik ⁸ perc ⁹ természeti csoda
¹⁰ rendjel ¹¹ polgármester ¹² elmerül ¹³ hiány ¹⁴ terjed
¹⁵ tüzoltó ¹⁶ bámul ¹⁷ visszaszorít ¹⁸ olt



cogebant. Ignibus consumptae sunt mille centum viginti et una domus, septem scholae Turcicae, tres aedes sacrae, duo balnea. Detrimenti, quod est ad vicies millena milia, maxima pars reficitur per societates pericula¹⁹ facientes.¹⁹

— **Temps**, acta diurna Gallica lectores adierunt, ut de pronuntiando²⁰ sermone Latino sententias dicerent, quia Gallos iam pertaesum²¹ est²¹ linguam hanc nostram gravissimam ad normam²² linguae Gallicae suavissimae pronuntiari. Inter viros doctos, qui quod vellent exposuerunt, adhuc maxima est dissensio.

Ferri et Valle magistri doctissimi, qui Romae eruendis²³ Caracallae thermis²⁴ operam dant, novissime opera artis antiquae pretiosissima in lucem protulerunt. Hercules, Taurus Farnesius, Venus thermarum, quae hinc iam pridem protrahebantur, omnibus notissima sunt. Nunc effodiebantur Apollo et Bacchus e marmore albo facti. Sed praestantissimum opus artis Graecae statua Veneris videtur, quae pulchritudine artificia cetera superat.

Yuan-Shi-Kai, qui nunc rei publicae Sinensi praeest, acta²⁵ diurna,²⁵ quae King Bao inscribuntur, in lucem edi vetuit. King Bao erant veterrima totius orbis terrarum acta diurna, quia mille et quingentis annis ante edi coepta sunt. Anno quadringentesimo p. Chr. n., cum in Europa officina²⁶ typographica²⁶ ignota erat, Fin-Chuang-Tsang, imperator Sinae, primus acta diurna fieri iussit. Quorum moderatores²⁷ saepissime gravissimis cruciatibus puniebantur, inter quos duodecimo saeculo Gur-Mu-Tsang moderator, qui civibus suis suasit, ut doctissimi viri in Europam mitterentur, qui ibi res utiles et viderent et discerent. Ex quo colligi potest homines, qui quia veritatem ingenue²⁸ fatebantur,²⁸ iam ante tot annos in imperio Solis Orientis — ut aiunt — vitam profuderunt. *Zoltanus Hallay.*


In fodinis²⁹ prope urbem La Clarence (Gallia) circiter sexaginta fossores aëre³⁰ graviore³⁰ necati sunt.

Iaroslava Vrchlický Bohemorum poëta clarissimus in Bohemiae urbe Taus anno aetatis quinquagesimo nono mortuus est.

Vix viginti tres annos natus edidit carmina epica, quae *Duch a svět* (Animus et mundus) inscribuntur. Ex illo tempore non desiit³¹ ingenii monumentis litteras patriae suae locupletare,³² quam tali casu afflictam et nos summis³³ studiis³³ amplectimur.³³

Martinus Schleyer

sacerdos Constantiae³⁴ ad lacum Brigantium³⁵ in Helvetia annum agens octogesimum et primum mortuus est. Vir ille doctissimus, qui multas linguas noverat, magnam sibi gloriam parabat novā linguā, quam Volapük nominavit. Cuius quidem sociorum numerus diminuebatur, ex quo lingua recentior, Esperanto vulgari coepta est.



¹⁹ biztosít ²⁰ kiejt ²¹ restel ²² minta ²³ kiás
²⁴ fürdő ²⁵ ujság ²⁶ könyvsajtó ²⁷ szerkesztő ²⁸ bátran vall ²⁹ bányá ³⁰ bányalég ³¹ megszűnik ³² gazdagít ³³ legnagyobb részvétel van ³⁴ Konstanz ³⁵ Bodeni-tó.



Medice care, nescio quomodo fieri potest, ut cum me¹ pronum¹ capite¹ in¹ terram¹ stauissem,¹ caput sanguine obruebatur, cum autem in pedibus, hoc non fiebat.

— Pedes tui non sunt vacui!² *G. a Beöthy.*

— **Unde cum** calceis³ novis?

— Ex urbe.

— Quanti⁴ erant?

— Hoc oblitus sum interrogare. *Idem.*

— **Amice**, hic equus noster aegrotus esse videtur. Medeamur⁵ ei quodam modo.

— Quo modo?

— Ita: Cum ego equito, tu pedibus eas, cum tu pedibus is, ego equito. *Idem.*

Fridericus Magnus habebat simium,⁶ quem valde diligebat et cui per iocum «a

¹ fejére áll ² üfés ³ cipő ⁴ mennyibe ⁵ gyógyít ⁶ majom

consiliis»* nomen dedit. Simius quotiescun- que in conclave⁷ regis venturus erat, pulsa- bat⁸ fores,⁹ quo facto rex his verbis: «Intra domine a consiliis» aperit ianuam.

Semel Fridericus laboribus occupatus sede- bat, cum pulsatum est et rex simium pul- savisse credens clamavit: «Intra domine a consiliis». Sed pro simio scriba venit, qui regi nonnullos codicillos¹⁰ subscribendos tradidit. Discedens gratias egit regi, quod eum a consiliis appellasset.

Rex ex animo ridebat errorem et scribam felicem a consiliis nominavit, qui honor, re vera simio debebat. *G. Totis.*

Decurio milites docebat glandes¹¹ mit- tere,¹¹ sed discipuli in hac arte parum pro- fecerunt.¹² Tum iratus sclopeto¹³ militis cuiusdam arrepto: iam vobis monstrabo — inquit — quomodo glandes mittendae sint.

Omnes attententi intuentur ictum¹⁴ magistri, sed ictus frustra¹⁵ cecidit.¹⁵ Silentium...

— Sic — inquit — tu mittis glandes. Al- ter, tertius, quartus, quintus ictus frustra cecidit. Denique sextus orbem¹⁶ tetigit.¹⁶

— Videtis, nebulones,¹⁷ sic soleo ego glan- des mittere. *E. Brenek.*

Mater tria poma attulit. Quae cum filius videret, demonstrare voluit, quantum in arithmetice¹⁸ profecisset.¹²

— Probabo¹⁹ tibi, mi pater, hic quinque esse poma.

— Quomodo?

— Ubi tria sunt, etiam duo sunt. Ergo tria et duo sunt quinque.

— Recte, mi fili. Duo poma sunt mea, tertium est matris, reliqua duo sunt tua. *C. Szecsei, Agria.*


— **Accusaris**, quod amicum tuum asi- num appellasti.

— A quo accusor, ab amico aut ab asino? *Idem.*

— **Vix credas**, quantos progressus¹² no- vissime medicina²⁰ chirurgica²⁰ faciat.¹² Medi- cus noster ipse sibi vulnus grave incidit.²¹

— Sed prius medicamentum²² soporife- rum²² sumpsit. Nonne?

* udvari tanácsos 7 szoba 8 kopogtat 9 ajtó 10 irat
11 ló 12 halad 13 puska 14 lövés 15 nem talál
16 célba talál 17 haszontalan 18 számtan 19 bizonyít
20 sebészet 21 felvág 22 altatószer.



I.

Cus, per, ta, sil, vul, quer, o, va, vis, i, lor, dic, a, pes, gnis.

Ex his syllabis vocabula efficiantur ita, ut singulorum primae litterae inscriptionem¹ fabulae Romanensis reddant.

Vocabulum primum significat arborem, secundum bestiam cicurem,² tertium bestiam callidissimam, quartum bestiam feram, quin- tum magistratum Romanum, sextum arbo- rem, septimum arbores plurimas. *C. Poscheno, Graetium.*

II.

- 2. 4. 2. hanc bibis quotidie
- 8. 7. 8. eius carne vesceris
- 1. 10. 3. numerale multiplicativum
- 9. 2. 8. 8. 10. 3. genus avium
- 4. 5. 6. coniunctio
- 11. 2. 3. 11. 2. decus virorum
- 1—11. rex Romanus.

L. Cserveny, Agria.

III.

P	E	R	T	T
A	E	R	T	
A	E	R		
R	E			
R				

Quisque suum habet.

Contrarium lucidi.

Numerale multiplicativum.

Notā³ additā anni tempus.

Consonans.

Georgius a Beöthy.

IV.



¹ cfm ² szelid ³ betű.

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR. *Budapestini, Üllői-út 71., ad quem litterae quae- cunque mittantur.*

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.